nec radius alicuius, quem poſſet aſpicere. In hoc caſu, Luna uacua curſu dicitur, donec exeat de ♐, & iungatur alicui corpore uel aſpectu, ſed hanc ſolum modo in Luna obſeruamus Aliud exemplũ, ut ♄ in 9. ♈, ♃ 10. ♊, ♂ 17. ♊, ☉ 27. ♈, ♀ 5. ♓, ☿ 24. ♈, ☽ 26. ♉. Ibi Luna à nullo aſpicitur in 26, ♉, neq; ullus illi coniungitur, donec eſt in ♉, quare uacua curſu cenſebitur.

An aliquis planetarum ſit peregrinus uel feralis. Can. XXIIII.

PEregrinus dicitur planeta, cum non fuerit in aliqua ſuarum dignitatũ eſſentialium, ut ♄ in 6. ♈ nullam obtinet dignitatem eſſentialem, ideo peregrinus dicitur. Feralis autem dicitur, cum fuerit planeta in aliquo ſignorum, ubi nullus aliorũ planetarũ ſit, neq; radij alicuius alterius planetæ. Ille planeta quamdiu fuerit in ſigno, ſic ſe habente, dicitur feralis, id eſt planeta exiſtens in aliquo ſigno ſolus, abſq; radijs aliorum.

Aſcenſionem & deſcenſionem planetæ in circulo eccentrico, & etiam epiciclo aucupare. Canon XXV.

Cũ cẽtrũ planetę uerũ fuerit à { 0 / 6 } in { 6 / 12 } eſt { deſcẽdẽs / aſcendẽs } in eccẽtrico. Cũ argumentum planetæ fuerit à { 0 / 6 } in { 6 / 12 } eſt { deſcẽdẽs / aſcendẽs } in epiciclo.